



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Paupertatis amor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Verborum simplicitate delectabatur: composita, blanda, atque aulica verba minimè cupiebat; secum enim sine fuce, more maiorum agi volebat.

Ægrè admodum ferebat, cuiusque ordinis homines etiam infimæ fortis vel aperto capite coram se stare, vel ad manus sibi deosculandas accedere.

Tandem vt ad pauca redeam, ac mittam multa, quæ enarrare possem lectu, scituque dignissima: Hæc firma eius erat intentio, hoc animi propositum, vt non modò amicos externos, sed domesticos etiam ferria iocis interdum permiscens, quantum posset, suam celaret sanctimoniam.

Paupertatis amor.

PAupertatem & laicus, & sacerdos perpetuò coluit.

Florentiæ cum esset, magnam rei familiaris iacturam, quam repenti-

num

num incendium abstulerat, constā-
ti animo tulit.

Romam vbi venit, nihil vnquam
neque à suis, neque ab alijs petijt,
paupertate ipsa ad frugem captan-
dam vsus.

Paupertatis demum quanto de-
siderio teneretur, & in adolescentia
significauit in contēnenda auūculi
hæreditate, & in vltimo vite tempore,
cum oraret Deum assiduè, ad eū
paupertatis statum ipsum adduce-
ret, vt nummo argenteo egens non
reperiret, qui illi daret: quod tamet-
si consecutus non est, meritum ta-
men eius rei apud Deum, quod ope-
ri respondet, non amisit.

Orandi assiduitas.

PRecationibus intētus ea afficie-
batur voluptate, vt si libitum il-
li fuisset, nunquam ab orandi stu-
dio cessasset: Hinc quod habebat
vacui temporis, totum obsecratio-
nibus impēdebat; quinimo siue sta-
ret,